Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Passio sanctorum faustini et iouitte martirum. D xv kal' Marcij

Cum crebra scorum martirum acta reuoluimus. mris nos desidijs torpentes agnoscimus. qa cum illos scelerator̄ mucrones terere nequerint. nos exigua vbor molestia pturbat. Igitur si uolumus ad bta martirum usq3 peruenire certamina. prius ortus tempus finisq3 eor indagandus ē. Eodem quippe tempore quo psidens Adrianus imperator totū quadrato cardine mundū cepit magis perturbare quā regere. ac numerus xianor diuino auxilio pubescere. tunc clarerūt in urbe brixiana duo uiri germani incliti. e quibus unus faustinus. alter uero iouitta uocabatur. quor generositas et laus longe lateq3 per orbē enitebat terrarū. Quodā nāq3 āno adueniēte adriano in partes italie. occurrit ei italicus comes recciarū una cū tyberio consiliario suo. ad adduā fluuiū. Qui cū adorasset ait sic. Inuictissime imperator ac triumphator romane. subueni imperio tuo. subueni et dijs nris. Sunt nāq3 duo uiri in ciuitate brixiana. qui predicant deū uerū esse in celis. deos aūt nros pro nichilo habēt. et multū ppl'm seducūt. Audiens hec Adrianus dedit tali modo cōscripta. Dignitas nra cōstituit ut liceat tibi ubicumq3 xpianos inueneris. aut sacrificent dijs. aut uarijs tormētis facias eos puniri. Acceptis italicus comes cōscriptis. processit sicuti iusserat ei adrianus. Qui ingrediens ciuitatē brixianā. misit statim tyberiū cōsiliariū suū ad faustinū et iouittā. ut eis imperialia innotesceret iussa. et ut omēs xpiani aut sacrificent dijs. aut gladio puniantur. Audiens hec uba faustinus et iouitta cōstanter responderūt. Nos nō obaudimus preceptis principis uri. neq3 adoramus deos ligneos ereosq3 atq3 lapideos. in quibus nō ē auditus neq3 intellectus. Hec cū audisset tyberius. oīa retulit italico comiti. Hec audiens italicus comes. furore arreptus misit ut comprehenderent eos a militibus. Ductiq3 sūt ante italicū comitē. qui sic locutus ē dicens. Inuictissimus nr̄ imperator ita cōstituit. ut omēs xpiani aut deos nros adorent. aut certe diuersis sentencijs uel gladio puniantur. Faustinus et iouitta respōdentes dixerūt. Tempus nrm aduenit ut gaudeamus. nā minas urās nō pertimescimus. neq3 preceptis uris obaudimus. Audiens hec italicus comes. iussit eos in carcerem recludi. usq3 ad aduētū Adriani imperatoris. Cumq3 ingressus esset Adrianus in ciuitatē brixianā. italicus comes cū ingenti clamore suggessit dicens. Clemētissime imperator datis sacris cōstituisti de contēptoribus legū urarū debere eos gladio interire. Adrianus dixit. Et ubi sūt qui iussa nra contemnūt. Italicus respōdit. Secundm preceptū urm in custodia sūt reclusi. Adrianus inquit. Ex qua progenie sūt ut per me audiantur. Italicus comes rn̄dit. Ex nobili quidē genere descēderūt isti. qua uero insania arrepti sint ignoro. ut deos nros respuāt. et xpm qui in ligno suspensus ē adorēt. Adrianus ait. Isti homines necessarij mi sūt plurimū. ut per eos multos cōtemtores deor faciā ad nram religionē conuerti. Tunc iussit eos ante se uocari. quibus et dixit. Est alius deus preter solem. aut poteñcior illo. Iouitta rn̄dit. O qualē rem dixisti. ut meliorē diceres solem. quā qui constituit solem. ipm Dedit solem. qui dedit potestatē soli lucere per diem. et lune per nocte. atq3 ornauit